

N 77.

Gratulationis officium, quod M.<sup>tes</sup> Nra Ser<sup>ma</sup> humanissimis litteris mecum per-  
egit, in eandem sanè mihi accidit, ideoq' maximas, ut par est, illi gratias  
ago; perspicio enim, qua benevolentia complectatur eos, qui hereditariam  
quandam observantiam erga M.<sup>tes</sup> Ser<sup>man</sup> praeferunt. ego quidem sic pro-  
fiteor, non minori mihi decori futuram hanc Cardinalitiam dignitatem,  
quam me ipsum in M.<sup>tes</sup> Ser<sup>mae</sup> obsequium impenderè.

Negotium poro D.<sup>ni</sup> Epi Regiensis, quod mihi tam impensè commen-  
dat, si in integro esset, profecto omni meo studio perfecissem; eiusdem-  
que affines attestari luculenter possunt, quam prompte, ac benevole  
operam illis meam exhibuerim; sic enim intuitus Regiae M.<sup>tes</sup> Nrae,  
et insignia Episcopi promerita exigebant: sed cum illi è vivis exesse-  
rit, ad meliora, ac diuturniora, premia capessenda in Caelum commi-  
grandè sperandum est; id autem eo magis credere debemus, quod in  
hoc mortali saeculo debitam suis virtutibus mercedem non tulerit.

Ceterum M.<sup>tes</sup> Ser<sup>mae</sup> aequi boniq' faciat hanc meam voluntatem, quam procer-  
to habeat non illius tantum negotijs, sed eorum etiam, qui ab ea pendere,  
expeditissimam semper, ac paratissimam fore, cui manus humillime des-  
culor. Romae. iij. Kal. Novembis. M. D. C. XXI.

Sacra Regiae M.<sup>tes</sup>

Antonius de S. Radice  
Hij. Card. Adv. Card. S. Radice

300  
off

Card. Ald. 1621. di. Roman. Roma.